

DE PRAESCRIPTIONIBVS HAERETICORVM, LIB. 103

remus: quod sumus, hoc sunt. Inde scripturæ ab initio suo. Ex illis sumus, ante c̄q̄ nihil aliter fuit c̄q̄ sumus. Quid deniq; fuit ante c̄q̄ nobis interpolarent: Cū aut̄ oīs interpolatio posterior credēda sit, ueniens * itaq; ex causa *Als*utig.* æmulatiōis (qua necq; prior, necq; *domesticarū est eius c̄q̄ qd' æmulatur) tā incredibile est sapiēti cuiq; ut nō adulterū stilū intulisse uideamur scripturis, q̄ sumus & primi & ex ipsis, c̄q̄ illos nō intulisse qui sunt & posteri & aduersi. Alius manu scripturas, alius sensu expositiōes interuerit. Neq; enim si Valētinus integro instrumēto * & ut uidetur nō callidiore ingenio quām *Als*uti.* Marcion: Marcion enim exerce & palā machæra, non stilo usus est: quo niam ad materiam suam cædem scripturarum confecit. Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam scripturas, sed materiam ad scripturas excogitauit: & tamen plus abstulit, & plus adiecit, auferens proprietates singulorum quoq; uerborum, & adh̄ciens dispositiones non comparētum rerum. Hæc sunt ingenia de spiritualibus nequitia, cum quibus luctatio est nobis frat̄es, merito contemplandæ fidei necessaria, ut electi manifestentur, ut reprobi detegantur. Et ideo habent uim & excogitandis instruendis c̄q̄ erroribus facilitatem: non adeo mirandam quasi difficilem & inexplicabilem, cum de secularibus quoque scripturis exemplum præsto sit eius modi facilitatis: quo ius hodie ex Vergilio fabula in totum, aliam componi materiam secundum uersus, uersibus secundum materias concinnatis. Deinde Ouidius citra Medeam Tragœdiam ex Vergilio plenissime expressit. Meus quidam propinquus ex eodem Poëta, inter cætera stili sui otia pīnacem Cebetis explicuit. Homeri centonas sententiam uocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarcinunt corpus. Et utique fœcundior diuina literatura ad facultatem cuiuscunque materiæ. Nec periclitor dicere ipsas quoq; scripturias sic esse ex dei uoluntate dispositas, ut hæreticis materias subministrarent, cum legam oportere hæreses esse, quæ sine scripturis esse non possent. Sed quæritur, à quo intellectus interpretetur, eorum quæ ad hæreses faciant. A diabolo scilicet, cuius sunt pares interuertendi ueritatem: qui ipsas quoque res sacramentorum diuinorum, in idolorum mysterijs æmulatur. Tingit & ipse quosdam utiq; credentes & fideles suos: expiationem delictorum de lauacro repromittit, & si adhuc meminit Mythræ, signat il^l *Mythras.* hic in frontibus milites suos: celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit: & sub gladio redimit coronam. Quid quod & summum pontificem * nuptijs statuit? Habet & uirgines, habet & conti nentes. Cæterum si Numæ Pompilij superstitiones reuoluamus, si sacerdotalia officia insignia & priuilegia, si sacrificantia ministeria, & instrumenta & uasa ipsorum sacrificiorum, ac piaculorum & uotorum curiositates consideremus: nōne manifeste diabolus morositatem illā Iudeæ imitatus est? Qui ergo ipsas res de quibus sacramenta **CHRISTI** administrantur tam æmulanter affectauit exprimere in negocijs idololatriæ, utique &

*Ouidius ex Vergilio
tragœdiā expressit.*

*Tabula Cebetis.
Homeri centones.*

*Hirsau. ex ep. habet
* in unius nuptijs.*